

in illis videlicet ecclesiis in sede Klôdin infra limites decanatus sui consistentibus, in quibus ius patronatus sive praesentandi rectores ad easdem ex parte eiusdem ecclesiae meae in Klôdin habere dinoscor, ius instituendi absentias dandi permutationes auctorizandi, quociens faciendae occurrerint, non iure meo sed vice et nomine suo et auctoritate sua ac successorum suorum decanorum pro tempore possim et debeam dum vixero et ad vitae meae tempora dumtaxat exercere, prout etiam per recolendae memoriae virum dominum Theodericum tunc decanum antecessorem suum domino Henrico quondam praeposito in Klôdin immediato praedecessori meo concessum fuerat et indultum, salvis et exceptis iurisdictione subiectione censura qualibet ecclesiastica, visitatione, procuratione, correctione excessuum, kathedratico ac obedientia et reverentia, quam sibi manualiter feci et ad quam etiam similiter praestandam quemlibet de novo in ecclesiis huiusmodi aut earum aliqua per me institutum seu ad eam translatum quotiens occurrit ad supradictum dominum decanum et suos successores mox remittere debeo, nec non quibuscunque aliis iuribus sibi in ecclesiis huiusmodi et earum rectoribus et populis sicut in ceteris ecclesiis infra decanatum suum constitutis de consuetudine et de iure competentibus, quae et quorum exercitia sibi et successoribus suis plenarie et expresse et de consensu meo et voluntate libera reservavit. Idcirco ego etc. Actum et datum Myssnae anno dom. M^o.CCC^o.LXVII. in die beati Lucae evangelistae, praesentibus discretis viris dominis Petro in Belgern, Theoderico in Wesnik, Vlrico in Nyden et Petro in Dalen ecclesiarum parrochialium rectoribus testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Siegel an einem Pergamentstreifen.

No. 573. 1367. 27. Oct.

Der Decan Nicolaus bestätigt im Wesentlichen wörtlich übereinstimmend mit der vorherstehenden Urkunde dem Probst Johann zu Clôden die darin ertheilte Vollmacht.

Nos Nicolaus dei gratia decanus ecclesiae Misnensis notum facimus — — quod — Johanni praeposito in Clôden — — hanc concessimus — gratiam, quod in nonnullis ecclesiis in sede Clôden etc. — Et ne per nos vel aliquem successorum nostrorum in praemissis impediri valeat aut in aliquo molestari, praesentem litteram de connivencia, beneplacito et licentia honorabilium virorum dominorum Henrici praepositi, Palberti cantoris, Theoderici de Cappellindorf scolastici totiusque capituli ecclesiae Mynensis super eo scribi et nostri fecimus sigilli appensione muniri.

Et nos Henricus praepositus, Nicolaus decanus totumque capitulum ecclesiae Misnensis praedictae in testimonium praemissorum secretum capituli nostri praesentibus duximus appendendum. Actum et datum anno domini M^o.CCC^o.LXVII^o in vigilia Symonis et Judae apostolorum beatorum.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Secret des Capitels an einem Pergamentstreifen.